

40. *Quia*.—Si vacante cathedrali regulari, vel collegiata Ecclesia, singulares personæ Capituli, vel Conventus occupant bona à Prælato dimissa, vel vacationis tempore obvenientia, donec plenè restituant, ab officio et quibuscumque beneficiis sunt suspensi, non obstantibus privilegiis, statutis et consuetudinibus quacumque firmitate vallatis.—Vide declarationem hujus Decretal. in c. *Statutum* 7. infra hoc eod. tit. in Clement.

41. *Constitutio*.—Decretalis *Ut circa* 4. supra solum in extrajudicialibus appellationibus locum habet; in judicialibus autem antiqua jura servanda sunt.

42. *Is cui*.—Habens plenam administrationem cathedralis Ecclesie in spiritualibus et temporalibus jurisdictionalia exercere potest; sacramentalia non, nisi Episcopus fuerit.

43. *Indemnitatibus*.—Monialis non eligit, nisi peregerit duodecimum annum, et sit tacite vel expresse professa; nec eligitur, nisi peregerit trigesimum annum, et fuerit expresse professa.—Vide correctionem et ampliacionem Elencho II. num. 47.—Non obstante contradictione, vel appellatione quacumque, electa à duobus partibus numero, cum per scrutinium proceditur, examinatione præmissa per officium Præsidentis confirmatur et benedicitur. Item publicato scrutinio, antequam ad actus extraneos se divertant, eligentes possunt accedere ad illam, quæ majorem partem conventus numero habet; et si per accessum ad duas partes pervenerint, sicut in primo casu, confirmabitur et benedicetur; non tamen adimetur contradicentibus potestas denunciandi vel accusandi, cum Abbatissa fuerit benedicta, et possessionem adeptæ. Item de objectis contra electam à majori parte conventus, quæ tamen duas partes nec à principio, nec per accessum habet, ante confirmationem sine strepitu et figura judicii inquiretur. Ipsa tamen (alienatione bonorum, et Monialium receptione sibi interdictis) interim ministrabit. Item à minori parte electæ nullum jus acquiritur, nec aliæ possunt accedere ad eam; nec ibi fit collatio, nisi numeri ad numerum.—Electæ per compromissum benedictio impenditur, non obstante minoris partis contradictione; sed si major se ei opponat, liberè administrabit, nec confirmabitur. Si autem ei se opponit pars in duplo major, non administrabit, nec confirmabitur; sed expectabit litis eventum.—Si ab opponentibus in casibus præmissis appellatur, constitutio *Ut circa* servabitur, sed moniales ad Sedem Apostolicam personaliter non venient; sed procuratores secundum constitutionem *Cupientes* mittent.—Ponentes, vel nutriendes discordiam in electione monialium, ipso jure sunt excommunicati.—Hæc constitutio locum habet in monialibus regulariter viventibus, etiam canonicis regularibus; hoc excepto, quod non debeant, nisi professæ eligere, vel eligi; quod non potest sibi vindicare locum in canonicis sæcularibus. Per hoc tamen Papa non approbat statum dictarum canonicarum sæcularium.—Habet etiam locum,

40 Idem.

41 Idem.

42 Idem.

43 Idem.

si unitim vivant more canonicorum sæcularium, licet nec proprium renuncient, nec professionem faciant regularem ut in textu. Si tamen vivant in cœtu seu collegio composito ex canonicis, et canonicis simul, ut in Germania, pro validitate electionis Abbatissæ sufficit ætas 23 annorum ad formam. cap. *Cum in cunctis* 7. §. *Inferiora* hoc eod. tit. ut declaravit Rota coram Aldrobando Monasterien. 9. Jun. 1727., et 4. Febr. 1732. Nec obstat concil. Trid. sess. 25. c. 7. de Regul., cum solum loquatur de Abbatissis regularibus.—Circa electionem Abbatissarum, vide additiones meas lib. I. tit. 6. post n. 98.—Jura de virorum electionibus tractantia per hoc cap. non sunt mutata.

44. *Provida*.—Si Ordinarius post recessum appellationis interjectæ ad Curiam in causis electionum Episcoporum, non inquisito an pravitas intervenerit, procedit, confirmat, vel consecrat, prædicta non tenent, et ipse ab Episcoporum confirmatione et consecratione suspensus est per annum.

45. *Si eo*.—Si Papa sibi provisionem Ecclesie cathedralis reservavit, inhibuit, et decrevit, non est vitiosa electio, quæ præcesserat: omnia tamen, quæ reservationem sequuntur, carent effectu.

46. *Si quis*.—Absens plures procuratores ad actum electionis dare potest in solidum, et non aliter; quod si omnes simul conveniant, non sunt admittendi, cum is dumtaxat eo casu admittendus sit, quem Capitulum, vel pars major elegerit, vel is, qui primus fuit nominatus in mandato procurationis, si Canonici discrepent circa admittendum.—Procurator ad eligendum constitutus, unum nomine suo, et unum nomine domini sui, eligere non potest, nisi à domino de certa persona speciale mandatum habeat.—Canonicus absens (licet nullus de Capitulo ejus procurator esse velit, et ipse procuratorem, qui non sit de Capitulo, nolente Capitulo, deputare non possit) votum per litteras exprimere non potest: cum cujuslibet votum sit secretò et singillatim in scrutinio exprimendum.

47. *Quoniam*.—Si apparet coelectus, vel se opponens ei, qui confirmationem petit, ille vocabitur nominatim: aliàs fiet in Ecclesia *erida generalis*, quod se confirmationi volentes opponere, veniant peremptorio assignato, aliter confirmatio facta non tenet.

IN CLEMENTINIS.—Ibi tit. III.

Cap. 1. *Cum rationi*.—Religiosus eligi non potest ad Prælaturam non episcopalem alterius Religionis vel habitus; si contra fiat, est irritum.

2. *Ne Romani*.—Cœtus Cardinalium, sede vacante, jurisdictionem Papalem non exercet, nisi in quantum permittit Concilium Lugdunense cap. *Ubi periculum* 3. supra hoc eod. tit., nec illud, vel ejus partem alterare potest.—Vide notata in Cap. *licet* 6. supra in Greg.—Officium Camerarii, vel Pœnitentiariorum Papæ durat eo mortuo, qui si deficiant, poterit cœtus Cardinalium pro tempore vacationis alios subrogare.—De-

44 Bonif. VIII.

45 Idem.

46 Idem.

47 Idem.

1 Clem. V. in Conc. Vien. in Gallia an. 1312.

2 Idem ibid.

terminat diœcesim intelligi id, quod in Concilio dicitur de territorio et districtu; statuit moriente Papa extra Curiam, ipsius electionem fieri debere in loco, ubi erat causarum et litterarum audientia, licet suspensa, nisi prius ordinatum esset de Curia transferenda.—Providet casui, quo contingeret Cardinales omnes exire conclave.—Statuit, Cardinales per exceptionem excommunicationis, suspensionis vel interdicti ab electione non repelli.—Electos, et alios, qui mittere, vel ire tenentur ad Curiam, adstringit ad id, sede vacante.

3. *Causam.*—Primò ponit formam, secundùm quam appellans appellationem intimat appellato, ut per ipsam causa beneficalis ad Curiam devolvatur. Secundò providet cùm appellatus, vel ipsius specialis procurator nequit haberi. Tertio providet, cùm per metum appellati, vel suorum intimatio fieri non potest. Quartò vitiat intimationem aliter factam. Quintò prorogat hunc modum intimandi ad alios casus.— Vide sancita in Cap. *statuimus* 1. hoc eod. tit. in 6. ..

4. *Constitutionem.*—Decretalis *Ut circa* locum non habet, cùm appellans jus suum, vel Ecclesiæ directè prosequitur. Sed cùm in formam, vel personas opponit crimina, vel defectus, quorum circumstantias si non specificat, super illis non auditur; etiamsi juret illas didicisse de novo. Nec etiam in eadem causa super illis auditur alius non appellans, et prosequens commune, non proprium interesse; potest tamen assistere appellanti. Appellans, qui non servat formam, etiamsi appellationi renuntiet, per viam querelæ non prosequitur objecta, nec etiam alia, nisi in casibus exceptis. Omissio formæ, licet appellantem à probatione repellat, non tamen infirmit probationem super his legitimè factam adversarii confessione, vel aliter.

5. *In plerisque.*—Sine speciali licentia Papæ nullus providere potest Ecclesiæ cathedrali clero carenti, et populo christiano. Religiosus per Prælatum licentiarum non debet, ut tali provisioni consentiat; consentiens, etiam si fuerit consecratus, priori Prælato subjacet, nec in Episcopum recipitur, nec ad aliquem honorem promovetur. Quæ contra fiunt, irrita de cernit.— Concordat *Trid. sess. 14. cap. 2. de refor.* Ut ex Decreto Consistoriali S. Pii V. relat. à Fagnan. Cap. *Episcopalia* 1. de Privileg. n. 48. Episcopi titularum non sunt creandi, neque in suffraganeos dandi, nisi in Ecclesiis Cardinalium cum perpetuo stipendio bis centum ducatorum auri de camera super fructibus illarum Ecclesiarum. Licet paulatim hoc ampliatum fuerit etiam ad alios Episcopos, et dos aucta ad ducatos tercentum similis monetæ, ex altero decreto Cong. rerum consistorialium. ..

6. *Quod circa.*—Capitulum *Quorundam* 24. hoc. eod. tit. in 6., quoad discordiam et minoritatem numeri, intelligitur quoad voces facti, non secundùm juris fictionem.

7. *Statutum.*—Emolumentum ex jurisdictione, sigillo Curiae, vel aliis

3 Idem.
4 Idem.
5 Idem.

6 Idem.
7 Idem.

pertinens ad Prælatum cathedralis Ecclesiæ vel collegiatæ, ea vacante, non obstante consuetudine, deductis expensis, reservandum est successoribus, nisi tunc certæ dignitati competat jurisdictio cum ipsius emolumentum.—Per hanc Decretal. declaratur cap. *Quia sæpe* 40. suprâ, hoc eod. tit. in 6. ..

8. *Cum concessa.*—Concessio licentiæ generalis Religioso de consentiendo electioni factæ, vel faciendæ, non valet.

IN EXTRAVAGANTIBUS JOANNIS XXII.—Ibi tit. I.

Cap. 1. *Ad unus.*—Electi, qui pro suarum electionem negotio ad Curiam venire tenentur, etiam sede vacante, non tenentur de necessitate in ipsa Curia moram trahere; et licet alibi morentur, nullum eis præjudicium generatur.

2. *Suscepti.*—Declarat, beneficio vacante, cujus fructus ad certum tempus debentur alicui annalia habenti, vel alii, qualiter debeant fructus ipsi dividi inter ipsum annalia habentem et beneficiatum, et divisione facta, cujus sit electio.— Vide correctionem in Elencho II. n. 18. Circa fructus et annatas, de quibus hic, attendenda est constit. S. Pii V. *Durum nimis.* Circa annatas verò favore Cameræ Apostolicæ, vide constit. Pii II. *Incumbentia*, Julii II. *Romani*, Julii III. *Cupientes*, et Pauli IV. *Decens.* Beneficia autem non excedentia valorem viginti quatuor ducatorum ex constitutione Clementis VII. *Cum sicut*, non tenentur ad annatæ solutionem.

IN EXTRAVAGANTIBUS COMMUNIBUS.—Ibi tit. III.

Cap. 1. *Injunctæ.*—Multis probat argumentis, promotos in Curia non debere ad propria redire sine litteris suæ promotionis; qui si secus fecerint, pro Prælatis non sunt habendi, pœnasque incurrunt hic expressas. Et de ista Extravaganti facit mentionem Panormit. in cap. *Qualiter* de Elect. dicens, quod nullus, antequam habeat litteras Apostolicas super sua promotione, debet administrare, nec debet recipi ab Ecclesia tanquam Prælatus; alias recipientes et receptus incurrant pœnam, de qua hic.—Pœnæ hic expressæ contra promotos, est irritatio actorum ab ipsis, et privatio proventuum suarum Ecclesiarum et monasteriorum. Contra recipientes suspensio à beneficiis ad beneplacitum Sedis Apostolicæ duratura.—Ex constit. Alexandri V. et Julii II. *Romani Pontifices*, tenentur intra annum à die promotionis litteras expedire et recipere; et interim si se ingerant in regimine tam spirituali, quàm temporali, ipso facto incurrunt privationem Ecclesiarum et monasteriorum, omnisque juris quæsiti ex eorum promotione, seu provisione.—In §. *Similiter* hujus Extravag. statuitur pœna in eosdem promotos, si non emittant fidelitatis et obedientiæ juramentum, de quo vide in Auct. lib. I. tit. I. Ulteriùs hæc Decretalis innovata fuit à Julio II., et III., à Paulo III. et Pio IV. suis constit. relat. à Quaranta verb. *benefic. possess.* Et ex regula 26 cancellariæ, cùm gratia sit informis ante litterarum expeditionem, statuitur non esse judicandum juxtâ formam supplicationum, sed litterarum expeditarum. ..

8 Idem.
1 Joan XXII.

2 Idem.
4 Bonif. VIII.

2. *Si Religiosus.*—Si religiosus electus non petierit ipse vel ejus electores licentiam consentiendi intra tempus, moderandum pro præsencia vel absentia Superioris, est eo ipso privatus jure sibi ex electione quæsito, et possunt electores alium eligere. Hoc addit ad cap. *Quam sit de Elect.* in 6.

3. *Sancta Romana.*—Quatuor Patriarchalibus Ecclesiis vacantibus statuitur, illis non posse provideri, Romano Pontifice inconsulto, quod si secus factum fuerit, irritum decernitur.

4. *Ex debito.*—Cum beneficia apud Sedem Apostolicam vacantia sint soli Papæ reservata, ostendit quæ, et quorum apud Sedem vacare dicantur eandem.

TIT. VII.—DE TRANSLATIONE EPISCOPI.

Cap. 1. *Cum ex illo.*—Patriarcha, qui confirmatum Archiepiscopum transfert ad Sedem episcopalem, ab Episcoporum confirmatione suspenditur.

2. *Inter.*—Electos in Episcopos et confirmatos transferre potest solus Papa.

3. *Quanto.*—Episcopus, qui propria autoritate de sua Ecclesia se transfert ad aliam, carebit utraque.

4. *Licet.*—Solutus Papa transfert Episcopos, et indulgentia per eum super tali translatione concessa, ad litteram servanda est.

TIT. VIII.—DE AUCTORITATE ET USU PALLII.

Cap. 1. *Cum super.*—Intra quamlibet Ecclesiam provinciæ suæ Archiepiscopus pallio uti potest, sed extra non potest.—Nec obest cap. *Ex tuarum* 5 hoc eod. tit., in quo Archiepiscopo Compostellano conceditur facultas utendi pallio etiam extra suam provinciam, cum id speciale tantum gratia indultum fuerit.

2. *Ad hoc.*—Archiepiscopus alteri Archiepiscopo pallium suum commodare non potest.

3. *Nisi.*—Per pallium confertur plenitudo pontificæ officii, et nomen Archiepiscopale.—Nec obstat cap. *Suffraganeis* 11 de Elect. ubi traditur Archiepiscopo ante pallii receptionem facultas committendi aliis Episcopis consecrationem sui Episcopi suffraganei; nam ibi committit tantum

2 Benedict. XI.

3 Idem.

4 Joan. XXII. Avenion.

1 Innoc. III. Antioch. Patriarch.

2 Idem Decano et Capit. Andagaven.

3 Idem Bamberg. Episc. et Petro Scholastic. Moguntinen.

4 Idem Bamberg. Episc. et Magistro Præpositino Scholastico Moguntin.

1 Clem. III.

2 Cælest. III.

3 Innoc. III. C. Presbit. Card. Apostol. Sed. Leg.

jurisdictionem, non potestatem Ordinis, quæ ipsi prohibetur ante receptionem pallii, ut hic.

4. *Ad honorem.*—Romanus Pontifex semper et ubique utitur pallio: alii in Ecclesiis suis, et certis diebus tantum.

5. *Ex tuarum.*—Archiepiscopus extra suam provinciam pallio uti non potest, etiam si hoc habeat consuetudo.

6. *Cum sis.*—In qualibet Ecclesia suæ Provinciæ permissis diebus, Archiepiscopus Missam celebrans uti potest pallio.

7. *Quia nos.*—Sine pallio et sandaliis potest Archiepiscopus celebrare.—Vide correctionem Elencho II. n. 19.

IN EXTRAVAGANTIBUS COMMUNIBUS —Ibi tit. IV.

Cap. unic. *Malitiis.*—Pallii traditio per objectum criminis, vel defectus, retardari non debet, nisi objiciens, præmisso juramento de objectis, promptam fidem faciat; hoc est si intra bimestre ante diem collationis legitime non probaverit quod opponit.

TIT. IX.—DE RENUNTIATIONE.

Cap. 1. *Litteras.*—Non datur licentia cedendi Episcopo, qui propter senectutem vult cedere, si necessarius vel utilis sit Ecclesiæ suæ.

2. *Cum inter.*—Qui renunciat beneficio cum juramento illud amplius non petendi, licite potest illud, si denuò eligatur, obtinere.

3. *Ex transmissa.*—Qui renunciavit beneficio, illud repetere non potest.—Vide correctionem Elencho II. n. 20.

4. *Admonet.*—Beneficiatus sine licentia Prælati sui beneficio renunciare non potest.—Nec obstat cap. *Significatum* 11 de Præbend. ex quo infertur præbendatum, ob conditionem adjectam de ea non renunciando, eandem non posse renunciare auctoritate propria, adeoque præcisa conditione posse; ibi enim apposita fuit conditio, ut non posset renunciare sine assensu Capituli, et ideo hujus consensus requirebatur non de jure, ut respectu Episcopi juxta præsentem Decretalem, sed ex pacto.—Nec caput *Accedens* 8 de crimin. fal., nec cap. *Ex ore* de his quæ fiunt à major. par., nec cap. *Solicita* 2 de restit. spoliat., nec cap. *Cum venisset* de consuet., nec cap. *Eo libentius* de servis non ordin., nec cap. *Post electionem* 7 de conces. præb., nec tandem cap. *Si electio* 26 de elect. in 6., in quibus statuitur cuicumque licere juri suo renunciare; ibi enim agitur de renuntiatione expressæ, vel tacitè à superiore admissa, sed liberè facta, ut unicuique licet, si à superiore admittitur.—Vide additiones meas lib. I. tit. 9. post n. 117.

4 Idem.

5 Idem Compostel. Archiep.

6 Idem.

7 Honor. III. Archiep. Lugdun.

U. Joan. XXII. Avenioni.

1 Alex. III. Lugdunen. Archiep.

2 Idem Abbat. Dolonen. et Prior. de Arcigia.

3 Idem Episc. Verulan.

4 Idem Episc. Tornacen.

5. *Super.*—Contra petentem beneficium admittitur spontanæ adjurationis exceptio, etiam causa renunciationis non adjecta, contra quam actor replicare poterit, quod non spontè renunciavit; et qui melius probaverit, obtinebit.

6. *In præsentia.*—Qui spontè renunciavit electioni de se factæ, super ipsa ulterius audiri non debet.

7. *Sanè.*—Qui renunciavit litteris beneficialibus, non ideo institutioni jam factæ renunciare videtur.

8. *Quod in dubiis.*—Renunciatio beneficii facta in manibus laici non tenet; renuncians tamen est beneficio spoliandus.

9. *Ad Supplicationem.*—Papa concedit licentiam cedendi Episcopi, qui sine mortis periculo in Ecclesia sua morari non potest.

10. *Nisi.*—Causæ, ex quibus Episcopi possunt petere, et Papa consuevit concedere cedendi licentiam, his versibus comprehenduntur:

Debilis, ignarus, malè conscius, irregularis,
Quem mala plebs odit, dans scandala cedere possit.

11. *Post translationem.*—Episcopus, qui propter crimen renuntiabit Episcopatu, et ad Religionem transivit, ad Episcopatum reassumi non potest. Secus si renunciavit propter persecutionem, infirmitatem, defectum scientiæ, simoniam, ipso ignorante, commissam, vel aliam similem causam.

12. *Quidam.*—Qui petiit cedendi licentiam, ex quo illam obtinuit, cedere compellitur.

13. *Veniens.*—Non renunciat juri suo, qui gratia adversarii se submittit.

14. *Lectæ.*—Si Prælati ab obedientia subditos absolvit, non propter hoc prælaturæ renunciat.

15. *Dilecti.*—Abbas exemptus sine licentia Papæ renunciare non potest.

IN SEXTO—Ibi tit. VII.

Cap. 1. *Quoniam.*—Romanus Pontifex potest liberè Papatu renunciare.

2. *Si te.*—Si in fraudem expectantis primam vacaturam, cum in proximo crederetur pinguis vacare, renunciaret aliquis tenuem quam habebat, non tenetur expectans illam recipere; imò illa dimissa expectabit aliam sine fraude vacantem. Et si illi renuncianti illa pinguis postea conferatur, hoc ipso probata sit fraus, et carebit utraque.— Vide correctionem Elencho II. n. 21. "

IN CLEMENTINIS—Ibi tit. IV.

- | | |
|----|--|
| 5 | Clem. III. |
| 6 | Idem, vel Cælest. III. |
| 7 | Cælest. III. |
| 8 | Innoc. III. Nidronien. Archiep. |
| 9 | Idem Eboracen. Archiep. |
| 10 | Idem Episc. Calaritan. |
| 11 | Idem Episc. Favent. in Archiep. Raven. electo. |

- | | |
|----|---|
| 12 | Idem in Conc. gen. Lateran. |
| 13 | Honor. III. Major. Eccles. Decan. et Magistr. P. Cantori, alii, Canonici S. Dionysii Leodien. |
| 14 | Idem Archiep. Treviren. |
| 15 | Idem Archiep. et Nicen. Episc. |
| 1 | Bonif. VIII. |
| 2 | Idem. |

Cap. unic. *Cum illusio.*—Renunciatio dignitatis, vel beneficii facta per procuratorem ad hoc constitutum, tenet; licet prius procurator fuerit revocatus, ipso tamen, et superiore, cui fiebat cessio, ignorante; nisi per malitiam ipsorum vel aliorum revocatio ipsis fuerit occultata.

TIT. X.—DE SUPPLENDA NEGLIGENTIA PRELATORUM.

Cap. 1. *Statuimus.*—Si Diocesanus requisitus benedicere nolit Cisterciensem Abbatem, ipse monachos suos benedicere poterit.— In Constit. Bened. XIII. *Commissi* (6. Maji 1725.) Omnes Abbates regulares, etiam perpetui licet ratione solius administrationis, tenentur infra annum a die eorum electionis computandum suscipere, vel saltèmpetere solemnem benedictionem ab Episcopis, in quorum diocesisibus sita sunt eorundem monasteria, sub pœna suspensionis ab officio per annum ipso facto. Semel autem benedicti non tenentur iterum benedici, vel petere benedictionem, licet ad gubernium alterius monasterii translati fuerint. Interdicitur Episcopis sub pœna interdicti per annum ab usu Pontificalium, eorumque Officialibus tam ante, quam post benedictionem receptio cuiuscumque muneris, etiam comestibilium; ac insuper solemnibus pompa, quæ sumptus quantumvis modicos, etiam prædii secum ferat.— In hac tamen Const. non comprehenduntur Abbates habentes privilegium ex speciali concessione, non autem per viam communicationis, ut sine hac benedictione exercere possint actus abbatiales, vel illam recipere a suis superioribus regularibus.

2. *Sicut.*—Regulares in suos usus convertere non possunt Ecclesias, in quibus jus obtinent patronatus; et si infra tempus Lateranensis Concilii in cap. *Nulla* 2. de concess. præbend., quando vacant non præsentent Rectores ad eas, superior ordinabit easdem.

3. *Licet.*—Supplet superior inferioris negligentiam in beneficiis conferendis, si tempus Lateranensis Concilii lapsus sit; et collatio per inferiorem postea facta non valet, ut in cap. *Nulla* 2. de concess. Præbend.

4. *Litteras.*—Si is, ad quem spectat beneficii collatio, lapso tempore Lateranen. Conc. conferat, non valet collatio, nisi de misericordia toleretur.

5. *Dilectio.*—Is, ad quem primo loco spectabat collatio beneficii, lapso tempore Lateranen. Conc. conferre non poterit.

IN SEXTO.—Ibi tit. VIII.

Cap. 1. *Romana*—Jurisdictio suffraganei excommunicati ad Metropolitanum non devolvitur.

- | | |
|----|---|
| U. | Clem V. in Conc. Vien. an. 1512. in Gall. |
| 1 | Alex. III. Cisterciensib. |
| 2 | Innoc. III. |
| 3 | Idem Fiyen. et Cistren. Episc. et Archid. Nivern. |

- | | |
|---|---|
| 4 | Idem Magistr. P. de Castr. nov. et R. Monach. Pontis frigid. Apostol. Sed. Legat. |
| 5 | Idem Episc. Zamoren. et Ab. Demorordo Diac. Zamoren. |
| 1 | Innoc. IV. |

2. *Grandi*.—Si ille, qui præest, est negligens et remissus, debet superior illi dare idoneum coadjutorem.

3. *Si Episcopus*.—Episcopo à paganis, vel à schismaticis capto, non Archiepiscopus, sed Capitulum administrat; nisi Papa quàm citò hoc fieri poterit, super hoc per Capitulum consulendus aliter ordinaret.— Ex decreto Cong. Conc. 7. Augusti 1683. relat. à Bened. XIV. lib. XIII. de Synod. Diœc. cap. 46. n. 41., Capitulum non administrat, quando Episcopus, licet captus, potest per litteras diœcesis regimini providere, cum tunc ipsius jurisdictio non remaneat suspensa. **

4. *Ecclesiæ*.—Ecclesia cathedrali vacante, solus Papa Visitatorem deputat, nisi Archiepiscopus propter negligentiam, vel dolosam Capituli administrationem cum causæ cognitione deputaret.—Visitator Ecclesiæ vacantis ab inferiore à Papa deputatus temporalia et spiritualia administrat, excepta beneficiorum collatione ad Episcopum pertinente.

IN CLEMENTINIS.—Ibi tit. V.

Cap. unic. *Quia*.—Si Prælati regulares non conferunt intra sex menses Prioratus, Administrationes, et Ecclesias vacantes, quæ non sunt de mensa, sed solent speciales, licet obedientiariorum, Rectores habere, diœcesani auctoritate sua, vel Apostolica, si sint exempta, conferunt illa personis, quibus per Prælatos fuerant conferenda. Nec permittunt illa applicari mensis Prælatorum, vel pensionibus gravari.—Declarantur etiam Decretales de offic. Ordin. *Præsenti*, et de Præben. *Cum singula* in talibus Prioratibus, et Ecclesiis locum habere.— Quoad collationem concordat Trid. sess. 44. cap. 40 de reform. et sess. 25. c. 24. de Regul. **

TIT. XI.—DE TEMPORIBUS ORDINATIONUM, ET QUALITATE ORDINANDORUM.

Cap. I. *Subdiaconos*.—Diebus dominicis, vel sabbato Pentecostes, Sacri Ordines ab alio quàm à Papa conferri non debent.

2. *Sanè*.—Non valet consuetudo, quòd extra statuta tempora Sacri Ordines conferantur.— Et sic ordinati non sunt permittendi in susceptis ministrare, ut in textu. **

3. *De eo*.—Minores Ordines conferri possunt diebus festis; Sacri verò conferri debent in quatuor temporibus, vel sabbato de passione.— Concordat Trid. sess. 23. cap. 8. de reform., et vide correctionem Elencho II. n. 22. **

4. *Ex tenore*.—Criminosus occultus moneri potest, ne promoveatur ad Ordines, sed prohiberi non debet.— Vide correctionem Elencho I. num. 9, et Elencho II. num. 23. **

- | | |
|---|--------------------------------|
| 2 Idem Baronib. et Comitib. Regni Portugal. | 1 Alex. III. Batom. Epis. |
| 3 Bonif VIII. | 2 Idem Episc. Nerforden. |
| 4 Idem. | 3 Idem eidem. |
| U. Clem. V. in Conc. Vien. | 4 Idem Henrico Albanen. Episc. |

5. *Ad aures*.—Religiosus contra prohibitionem Prælati sui ordinari non debet.

6. *Si Archiepiscopus*.—Metropolitanus ab omnibus suffraganeis consecratur; suffraganeus verò à tribus, Metropolitanò jubente.— Suffraganei inviti compelli possunt accedere ad Metropolitanam Ecclesiam pro consecratione Metropolitanò, non obstante decreto Trident. sess. 24. cap. 2. de reform., quo cavetur tantum, ne compelli possint ad eum accedere prætextu cujuslibet consuetudinis. **

7. *Nec Episcopi*.—Dicit idem quod in præcedenti.— His duabus decretalibus non obstat cap. *Bonæ* 23. de Elect., in quo constat Archiepiscopum Moguntinum consecratum fuisse à solo Cardinali Prænestino Episcopo, et Legato Sed. Apostol., quia id fecit ex mandato speciali Papæ propter disensionem eligentium.— Ceterum hodie cum dispositiones Cathedralium, et superiorum pertineant pleno jure ad Sedem Apostol., ut in Pontific. Roman. tit. de consecrat. Episcop. par. 4. tit. 22, consecrationes fiunt ex speciali commissione Papæ. **

8. *Cum quidam*.—Ordinatus extra tempora suspenditur, donec dispensetur cum eo; et ordinans punitur.— Vide correctionem Elencho I. n. 40. **

9. *Cum secundum*.—Græci à latinis ordinari non debent, nec econtrà si in ritu ordinandi sunt diversi.— Vide additiones meas lib. 4. tit. 15 post. n. 162. **

10. *Ex parte*.—Si monachus unius Ordinis, in secundo Ordine ad quem transivit, recipit Sacerdotium, ad primum Ordinem rediens, in eo liberè ministrabit.

11. *Quod Translationem*.—Si Græcus Episcopo latino subjectus ordinatur, sine latini licentià à Græco, interdicitur sibi executio; si verò de licentià, tunc toleratur.— Vide notata cap. *Cum secundum* 9. suprâ. **

12. *Cum in distribuendis*.—Ordinatus à Papa, sine licentià Papæ ad superiores Ordines non promovetur.— Perperam ex hoc Innoc. III. textu Gloss. et omnes Canonistæ inferunt hanc assertionem, qui licet ceteroquin vera, non tamen in eo fundatur, cum hic agatur de Subdiacono, qui non præcisè indigebat indulto, ut promoveri posset ad superiores Ordines ab alio quàm à Papa, quia ab hoc ordinatus esse honoris tantum causa, de qua Can. In *Parochia* 131. caus. 46. q. 1.; sed quia in ordinatione adscriptus fuerat servitio Ecclesiæ Romanæ, ut colligitur ex ipsismet verbis textus *ut quia Ecclesiæ Romanæ Subdiaconus erat*, à qua sine ejusdem Papæ licentià egredi non poterat, juxta disposita à D. Greg. Magno *Epist.* 38. lib. 5. tom. 2. *Indict.* 43. et à S. Greg. VII. can. 45 relato in ejus Dictato; verum fundatur in responsione ejusdem. Innoc. ad Philippum Lampu-

- | | |
|----------------------------------|-----------------------------------|
| 8 Luc. III. Archiep. Turonen. | 10 Innoc. III. Ab. et Conven. Cæ- |
| 6 Anicet. | releci Bizantin. Diac. |
| 7 Ex Conc. Aralaten. 41. Cap. 50 | 41 Idem C. Presbyt. Card. Apost. |
| can. 5. | Sed Leg. |
| 8 Urban. III. Archiep. Pisan. | 12 Idem Mutinen. Episc. |
| 9 Cælest. III. Hydrunt. Archiep. | |

gnino, qui sæculo XII erat Archiep. Mediolanen. *Epist. 22. libr. 1. tom. 1. edit. Babutii*, ex cuius integro contextu constat eidem Philippo indulgisse, ut ad alios Ordines promovere posset ordinatos honoris tantum causa à Romano Pontifice. Hanc ordinationem honoris tantum causa pluries peractam vidimus hac nostra ætate à Benedicto XIII, qui statim post Ordinum collationem dispensabat, cum à se ordinatis, ut à propriis Episcopis promoveri possent absque alio indulto.

43. *Litteras*.—Duo sacri Ordines non possunt conferri eidem uno die, vel duobus, continuato jejunio.

44. *Vel non est*.—Ordinans puerum tredecim annorum in Diaconum, suspenditur à collatione Ordinum, et ordinatus ab ipsius executione usque ad ætatem legitimam.—Suspensio ordinati ex Const. Pii II. *Cum ex Sacrorum*, incurritur ipso jure, et durat quamdiu absolutionem obtinuerit; non tamen procedit in promotis ad minores Ordines. Circa hujusmodi ordinationem, et onera Ordini adnexa respectu sic ordinati, vide Instructionem Benedicti XIV. super dubiis ad ritus Ecclesiæ nationis Coptorum in ejus Bullario tom. 1. 4. *Maji 1745. à §. 20. ad 32.*

45. *Dilectus*.—Episcopus conferens eidem una die plures sacros Ordines, etiamsi de mandato Metropolitanæ hoc fecerit, ab ordinandi potestate suspenditur.

46. *Consultationi*.—Ordinatus ad Sacros extra tempora statuta, Ordinem recipit, et post pœnitentiam cum eo dispensat Episcopus.

47. *Quæsitum*.—Occultus criminosus, præter homicidam, post pœnitentiam in susceptis ministrat, et ad superiores ascendit; ante pœnitentiam monetur, ut etiam in susceptis non ministret.—Vide correctionem Elencho II. n. 24.

IN SEXTO.—Ibi tit. IX.

Cap. 1. *Sæpe*.—Episcopus Italiæ ultramontanum non ordinet, nisi de speciali licentia Papæ, vel per patentes litteras Episcopi sui, continentes justam causam, quare nolit, vel non possit illum ordinare; si secus factum fuerit, Ordinans punietur pœna condigna, et ordinatus manebit suspensus, ita quod etiam à Pœnitentiariis Papæ sine ipsius speciali licentia absolvi non poterit.—Hodie ex Constit. Bened. XIV. *Pastor bonus* 43. Aprilis 1744. §. 6. *Major*. Pœnitentiarius habet facultatem absolvendi ab hac suspensione absque speciali licentia Papæ.—Ex Constit. Urbani VIII. *Secretis* 41. Decem. 1624. interdicitur Episcopis Italiæ promovere ad quoscunque Ordines, atque etiam ad clericalem tonsuram ultramontanos, nisi dimissoriæ ipsorum Ordinariorum recognitæ, et subscriptæ fuerint à Nunciis Apostolicis, seu Collectoribus harum Regionum, ac itidem recognitæ et approbatæ ab Urbis Vicario, sub pœna in Ordinantes suspensionis in promotos ipso facto incurrendæ.

13 Idem eidem et Magist. Uber. Subdiac. Canonic. Modocien.
14 Honor. III. Episc. et Archid. Legion.
15 Innoc. III. Laonien. Findbarent.

Episc. et Ab. de Magio Limisicæ
16 Greg. IX. Archiep. Baren.
17 Idem.
1 Clem.

2. *Eos qui*.—Qui scienter ordinaverint Clericum alienum, per annum à collatione Ordinum sunt suspensi: et postquam suspensio fuerit manifesta, poterunt subditi sine ipsorum licentia à vicinis Episcopis ordinari.—Vide ampliacionem Elencho III. n. 4.

3. *Cum nullus*.—Episcopus originis, domicilii, vel ecclesiastici beneficii commendatitias ad Ordines dare potest: inferiores Prælati non, nisi ex privilegio, nec officiales Episcoporum; sed ii, qui habent administrationem spiritualium, illas benè concedunt.—Vide correctionem Elencho II. num. 25.—Possunt Episcopi ordinare Priores prioratum non exemptorum, et ipsorum socios, quamdiu morantur in illis: licet inde non fuerint oriundi.

4. *Nullus*.—Episcopus, seu alius inferior primam Tonsuram infanti non confert, nisi Religionem intret: nec homini illiterato, nec homini alterius Diæcesis, absque sui Prælati licentia; nec etiam conjugato, nisi Religionem intret, aut ad sacros Ordines promoveatur legitime: alias contra faciens incurrit suspensionem per unum annum à collatione clericalis Tonsuræ dumtaxat.—Vide ampliacionem Elencho III. n. 6.

TIT. XII.—DE SCRUTINIO IN ORDINE FACIENDO.

Cap. un. *Ex parte*.—Episcopus interrogatus in scrutinio Episcopi ordinandi, potest respondere illum dignum, si non novit illum indignum.

TIT. XIII.—DE ORDINATIS AB EPISCOPO, QUI RENUNCIAVIT EPICOPATUI.

Cap. 1. *Requisivit*.—Episcopus qui renunciavit loco tantum, invitatus conferre potest Ordines, sicut prius. Si verò et dignitati, cum ordinato per eum ad minores, vel ignoranter ad Sacros dispensant Episcopus suus: cum ordinato verò scienter ad Sacros non dispensat.

2. *Cum Clericis*.—Cum Clericis, qui ab excommunicato Episcopo ignoranter Ordines receperunt, per suos poterit Episcopus dispensari.—Intellige, si ignorantia fuerit crassa, vel supina. Si verò scientes mala fide id fecerint, dispensandi sunt à Papa. At si totaliter ignoraverint, non erunt propriè suspensi, neque irregulares, sed impropiè, quatenus ante dispensationem peccant ministrando in susceptis post habitum notitiam. *Thesaur. de Pœnis. Verb. Ordo cap. 24.*

TIT. XIV.—DE ÆTATE, QUALITATE, ET ORDINE PRÆFICENDORUM.

Cap. 1. *Ut Abbates*.—Agit de illis, qui ad Ordines sacros suæ dignitati et gradui congruentes, necessariò promovendi sunt, sub pœna amissionis præ-

2 Greg. X. in Gener. Conc. Lugdun.
3 Bonif. VIII.
4 Idem.
U. Innoc. III.

1 Alex. III. Colonien. Archiep.
2 Greg. IX.
1 Ex Conc. Pictavien.